

» Te fore, collapsas qui res Germanidos ora
» In nova converso cardine restituat.
Restitues certé, superet modò vita; DEUSQ;
Vires cœlesti, quod precor, auctet ope.
Ardua posse DEO facile est, Tibi cesserit uni,
» Si volet, externa REGIA SELLA domus:
Sanctius hinc aliquid, vivo quod Amyntore non est
Dicere. Magna loquor; nam mihi magnus eris.
Magnus eris, repeto. DEUS optimus omina firmet;
Quippe Tibi cura est religionis honos,
Strenua quam defendit a vi, patruiq; tuetur
Dextera adhuc, nullis debilitata malis
Mens præsaga boni temerè auguret? Hoc ego vivus
Intuar, hoc Manes post nigra fata mei:
Hoc meus ille nepos si quis mihi si quis habendus,
Quondam miretur, Te Dominumq; vocet.

•S*(O)*S•

LIGNICII
Typis Nicolai Sartorii.

ANNO
1620.

•S*)O(S•



M. MEL. LAUBANI

FRIDERICHVS
BIBLICVS SACROSANCTUS,

ID EST,

PSALMVS DAVIDIS LXXII,

cum Auctario PS. xxxv.

FRIDERICHO
ELECTORI PALATINO

PRIMO REGI BOHEMIÆ,

PRINCIPI DEO CARO,

piis omnibus exoptatissimo,

cum Homagii causâ ad SILV.

SIAM SUAM,

Pietate duce, comite Justiciæ

A. C. 1620. Mense Februario

viseret,

devotissimè nuncupatus a

MVSIS BREGENSIBUS.

Typis Casparis Sigfridi. ANNO CHRISTI M.DC. XX.



Ad
SACR. REGIAM
MAIESTATEM
 ODE PRÆSCRIPTIVA.

REX BOHEMORUM nove, SLESIAE Dux,
 Qui laborantem Patriam saluti
 Perdita reddis, cohibesque Papæ
 Vim FRIDERICHE,

Bigæ PSALMORUM hæc Tua dulcimum esto,
 Queis Tibi primos ego jure letus
 SLESIAE adspectus, Tua SLESIAEQUE
 Gratulor ora.

Filio David diadéma felix
 Apprecaturus, simul æthere-orti
 Subsequa HEROIS graphico figurat
 Sceptra colore.

Sed nec exemplar Superis probata &
 Captui humano dominationis
 Quando cyncéa hac quoque cantiléna
 Negligit: euge

De Tuâ virtute decenter his nunc

Gabin
 Śląskp - Łużycki

80041/12



Spon-

Spondeat terris FRIDERICHE, & erga
 Te invicem nostri obsequii tenorem

Dirigat usque
 Omnium David meritò instar unus
 Parte ab hac censendus, itemque ab illâ.
 Na Thronusque & subdita gens, Davide
 Usa Magistro, is
 Ad gubernandum, sed ad obsequendum
 Ista, na felix, hominum omniumque
 Laudibus res maior in universo hoc
 Creditor orbe.

Tale dat tutos Solium receptus
 Subditis CHRISTI: Solioque eadem
 Hi dabunt contra sine fine, CHRISTI
 Calite in Aulâ.

Pronissimo pectore,
 pectineque pang.

MELCH. LAUBANUS
 Ducal. Gymn. Breg. RECT.



CON-

CONTIVITVS PSALMI LXXII.

Ex Archetypis nostris plenioribus.

TABVLA PRIMA.

TITVLVS,
Lischlomò,
monens de
Psalmi

Auctore, qui non est Salomon, sed David pater eius, v. 1. & ult.
Occasione. Cynèa cantio est, in gratiam filii, iam regio in solo col-
locati paullo ante agonem modulata.
Argumento. Precatio est auspicialis pro futurâ gubernatione Fi-
lii, sed talis, quæ sub typo Regni Salomonis CHRISTI Mes-
siae Regnum, eiusque in Ecclesiam beneficia deprædicat.

Virtutib. regis, ad exemplar / Judicio, erga improbos.
ipsius Dei comparatis v. nempe / Justiciâ erga probos.

Precatione ad DEVM pro Salomonis novo im-
perio, ut se. polleat
Actionib. rege dignis, / Populi Jehovæ in justiciâ bonos
x. 2. positus in Judi- / descensante.
catione / Pauperum Jehovæ in judicio
malos puniente.
Felici successu Actionum, qui unico Pacis nomine expres-
sus, v. 3. porrò dilatatur ex Subje 7o in qu. Montibus:
Subje 7o cui, Populo: Causâ efficiente, Justiciâ.

Duo spectanda.

PSAL-
MVS
ipse in

Prophetica & Encomiastica Narratione. Vide A.

Huius Psalmi in Exhortati-
one planè in-
gnea, ad laudes
Iehovæ.
Propositio, per Commorationem ter inculcata,
v. 18. 19.
Ratio- Causâ impellente. Est Deus Israelis, v. 12.
nes duæ Eff. 7is Iehovæ planè admirandis, &
e. ex solius Jehovæ propriis. ibid.
Signaculum finale, Amen, Amen. v. 15.
Cæterorum Davidis omnium, ab ipso sc. auctore huic volumini
insertorum. v. 20.

TABVLA

TABVLA SECUNDA.

Summatim, e Forma totius regumnis. Eius

Partes, Vindicatio pauperum & Coercitio facinoroso-
rum. v. 4.
Typice. v. Reg. 3, 16. & 4, 25.
Impletio, in regno Salomonis
Vero, ubi vult
Justificatio & consolatio omnium,
peccator resipiscentium.
Repressio hostium Ecclesie tam spio-
ritualium, quam corporalium.

A.

Prophe-
tica &
Encomi-
astica
Narrati-
o, ce-
lebrat
Regnum
Salom-
onis

Religio in Deum perpe-
tua. v. 5. Impletio
Imperfecta & umbratilis in Sub-
ditis Salomonis. v. Reg. 1. per tot.
Perfectissima in subditis Messie.

Subditorum, quorum predicatur

Propria singulorum, per similitudinem pluvie
& imbrium, præta detonsa suaviter secun-
dantium. v. 6, 7.

Communis omnium, v. 7.
Pacis nomine expressa.
Ex adjunctâ copiâ & æterni-
tate exaggerata.

Typica in subditis Salomonis typici.

Consummata in Sub-
ditis veri
Salomonis,
sub quo
Corda arefacta rigantur plu-
viâ doctrine celestis.
Florent subditis omnib. bonis
spiritualibus & fructib. bo-
nor. operum.
Duplex subditis est justiciâ:
pax in mediis tumultib. eâ-
que æterna.

Distin-
ctim,
a par-
te

Regis, vide B.

TABVLA

TABVLA TERTIA.

Im- peri- um.	In totâ Pala- stinâ, v. 8. Impletio	Litteralis in Salomone, qui solus Regum Iudæ totam tero- ram sanctam obtinuit.
		Anagogica, in CHRISTO, cuius imperium in Pala- stinâ c. ptum omnes cælos transcendit.
		Imperfecta in Typo. 1. Reg. 4, 21, & 9, 21, & 10 1, & seqq.
B. RE- GIS Lau- da- tur	Res ge- stæ, seu Benefi- cia, quorum	Extra eam, apud populos & Reges extraneos. v. 9 10, 11. Impletio
		Perfecta in Veritate. Ps. 87, per tot. Ies. 49, 11. Matth. 28, 19, Psalms 110, 2. Philipp. 2, 9.
Felicitas quod bona externa, ut	Absoluta, Vivet Rex, v. 5. Im- pletio, in	Recensio, v. 12, 13, 14.
		Im- pletio
Felicitas quod bona externa, ut	Favorem subditorum, largitionibus, precibus, laudibus conspicuum. v. 15. Impletio perfecta in CHRISTO, pro quo & preces subditi fundunt, non quidem ut ipsi per se, sed ut membris eius sub ipso Ca- pite bene sit.	Imperfecta in Salomone, cuius regimen valdè suâ <i>ὀυπερ- τίκω.</i>
		Perfecta in CHRISTO Messia, cuius gubernatio omnibus mo- dis, gradibus & exemplis talis fuit.
		Aboluta, Vivet Rex, v. 5. Im- pletio, in
Felicitas quod bona externa, ut	Abundantiam & fecunditatem omnigeni agro- rum et Civium v. 16. Impletio	Salomone, qui XL. annos regnavit.
		CHRISTO, qui post mortem vivit æternus.
Felicitas quod bona externa, ut	Celebri- tatem & gloriam v. 17. Im- pl.	Imperfecta in Salomone Typico. 1. Reg. 4, 34. & 10, 1, 2. Sym- onid. 47, 17. Matth. 6, 29, & 12, 41.
		Absolutissima in CHRISTO Messia, Luc. 1, 31. Apo. 21, 23. Gal. 3, 14. Philipp. 2, 10, 11. Ies. 53, 11.

PARA-

PARAPHRASIS MEL-
CA PSALMI LXXII.

Qui cælituū ac terrigenūm res moderamine &
Lege ratâ, quippe opifex omnipotens earum
Dispensas, juvenem REGIS o indolem
Telis iudicii tui
Quæso ultricibus armes:

Da Regis Suboles, patria quam cum diademate
Regifico scepra manēt, pro Grege proque Lege
Distringat gladium iusticiæ tuæ.

Genti regulam ad unicam
Idem æquique bonique

Quò det jura tuæ; resque inopum, sacra quibus Patrē
Pagina te non temere prædicat & Patronum,

In tuto statuat. Fallor, an horrida
Celsorum juga montium
Et tesquore rigentes

Colles, tam niveo iusticiæ semine consiti,
Palmifera pacis opes divitiore cornu
Profundent populis? Ille videlicet
Turbam ille auxilii indigam
Mille injustaque passam

Clemens respiciet: pauperibus salvificam ille opem,
Quicquid erit, pervigil in commoda subditorū,
Actutum feret. At vim, petulantiam &
Vafros nequam hominum dolos
Idem ultricibus armis

Contundet. Sedenim o summe DEVS te reverēs co-
Hic populus mille dehinc sæcula per nepotū; (let
Donec flammivomis almam Hyperione
Natus

Contundet. Sedenim o summe DEVS te reverēs co-
Hic populus mille dehinc sæcula per nepotū; (let
Donec flammivomis almam Hyperione
Natus

Contundet. Sedenim o summe DEVS te reverēs co-
Hic populus mille dehinc sæcula per nepotū; (let
Donec flammivomis almam Hyperione
Natus

Contundet. Sedenim o summe DEVS te reverēs co-
Hic populus mille dehinc sæcula per nepotū; (let
Donec flammivomis almam Hyperione
Natus

Contundet. Sedenim o summe DEVS te reverēs co-
Hic populus mille dehinc sæcula per nepotū; (let
Donec flammivomis almam Hyperione
Natus

Contundet. Sedenim o summe DEVS te reverēs co-
Hic populus mille dehinc sæcula per nepotū; (let
Donec flammivomis almam Hyperione
Natus

1. Deus judi-
cia tua Regi da-
& iusticiam tu-
am Filio Regis.

2. Judicet popu-
lum tuum in iusti-
ciâ, & afflictos
tuos in iudicio.

3. Proferant
montes pacem,
populo, & col-
les ob iusticiâ.

4. Judicabit ad-
flictos populi:
servabit filios e-
geni conteret
verò oppressorē

5. Reverebun-
tur te, quamdiu
erit Sol: & du-
rante lunâ in-

generationem
aeternam

6. Descendet ut
pluvia super se-
ctam herbam:
sicut imbres,
quibus irriga-
tur terra.

7. Florebit in
diebus: eius ju-
stus, & abundan-
tia pacis, donec
non sit luna.

8. Et dominabi-
tur à mari uno
ad alterum, & à
flumine usq; ad
fines terræ.

9. Coram eo in-
curvabunt se
deserta, & ini-
mici ejus pul-
verem lingent.

10. Reges Occa-

Natus librat equis diem;
Alternatque minores

In noctem appositè Luna faces, utilis otii

Post gravium pensa laborum & rosei soporis

Mater commoda. Jam languida sub trucidis

Ignes prata Caniculæ,

Vivi graminis herbam

Si dens fœniscæ messuerit falcis acutior,

Tam rapidis numquã aveant haustibus imbibisse

Fetæ nubis aquas, farris & omnium

Plantarum utile pabulum:

Quàm Rex jura volentes

Dicet per populos. Nempe sub hoc justus & innocēs

Imperio rem faciet, flore virens aprico;

Pacisque omnimodæ sæcula longius

Quàm velocis ahenea

Current menstrua Lunæ.

At non Rex aliquam sub pedibus cernet agi suis

Particulam gratuito Patribus arrogatæ

Telluris: dominus tótius audiet;

Algosum Pharios mare

Quà pulsat, Syrii usque

Ad fluctus pelagi: & quã tumido volvitur alveo

Rex fluviorum ad Boreæ sæva latus strepentis

Euphrates, soli ad usque arva novissima.

Qui deserta habitant, thronum

Ejus poplite adibunt

Flexo suppliciter; colluviesque hostium iniquior,

Vltro animis, consiliisque in melius relatis,

Linguã pulverem humi lambere regia

Sæpe ante ora videbitur,

Reges Oceani oras

Propter

Propter sceptrigeri, queisque remotæ Oceani Insulæ,

Cum titulis magnificis imperium pauperum,

Nostro munera quàm plurima dividens

Regi; nec renuent suis

Delinire frequenter

Illum seu Xenii missilibus, seu philotosis,

Subdita quos Aethiopum gens dominos adorat,

Et vicina Arabum rura. Loquat brevi,

Quantum est cumque potentium

Sceptrorum ambitu in orbis

Vasto quadrifidi, sese humili cum reverentiã

Ante pedes tam benedicti abjiciet Monarchæ:

Quantumcunque hominum & sub Jove gentium

Vni huic serviet unicè. (est,

Quid mirum? Ille querellis

Auscultans miserorum & tragicis vociferatibus,

Spes simul ac nulla super præsidii ve opisve

Humanæ, trepidis masculam idoneo

Dextram tempore porriget

Extolletque jacentes.

Caussis ille inopu mite cor & commiserans Patris

Ingenium gratificari omine inusitato

Cernetur; neque damnum immeritò aut probru

Passis turpe gravabitur

Certam adferre salutem.

Imbelles si animas sive doli, seu manifestior

Exagitet vis hominum, ut sæpe fit, improborum;

Et cautã arte dolos quosque resellet: &

Vim Rex oppositã invicem

Vi ferroque fugabit.

Insons, esto, suat forte cruor (namque adamantinum

Nemo migrare evaleat robur, utque fati)

B

Extre-

ni & Insularum
munus reddent:
Reges Arabiæ
& Aethiopiæ
honorarium
offerent.

11. Denique in-
curvabunt se ei
omnes Reges:
omnes gentes
servient ei.

12. Quia eripiet
egentem voci-
ferantem, & ad-
flitum, cui non
fuerit adjutor.

13. Parcet atte-
nuato & egeni,
animasque ege-
tium servabit.

14. A dolo & vi-
olentiã vindi-
cabit animam
eorum: & pre-
ciosus erit san-
guis eorum in
oculis ejus.

15. Et vivet, & dabunt ei de auro Arabico & orabunt pro eo jugiter, toto die benedicent ei.

16. Ubi fuerit pugillus tritici in terrâ in cacumine montium: perstrepet instar Libani fructus ejus, & florebunt eives ut herba terrâ.

17. Erit nomen ejus in sæculû: durante Sole subolefctet nomen ejus: et benedicent sibi per illû: omnes gentes beatum prædicabunt eû.

**Extremis at enima vindiciis eum
Vicifectur: & omnibus
Coram maximi habebit.**

**Vivet sospes io! vivet io tam eximium caput!
Munificum fida cui dextera subditorum
Flavescentes Arabum pendere gestiet
Gazas, non precibus sine
Pro vitâ atque salute
Ejus perpetuâ perpetuis; nec sine buccinâ
Ellogiorum ac decorum, per plâneas sonante,
A mane occidui Solis ad orbitam.**

**Namque & luxuries erit
Frugum tanta: pugillum
Ut si vel minimum triticeî seminis hispida
Aëriorum accipiant culmina montium; inde
Vbertate novâ messis inhorreat
Tandem spicea: quæ suo
Aequet murmure cedros
Procéras Libani. Quin etiam culta per ópida
Sic populi tam numero quàm indole moribus
Augescant: ut eos irriguis agri (que
Jures graminibus pares.**

**Quid? quodd postera sæcla
Regem ipsum imperiumque usque adeo commemo-
Illius, ore usque vehet ac memori papiro: (rabile
Quâ Sol nunc oritur, vespere quâ cadit
Fama hæc didita publicè
Glistet: Gloria, Opes, Pax,
Virtus, Vita, Salus (talìa si porro quis ambiet)
Regis ad hujus modulum, Rege etiam hoc ab ipso
(Nam solus dare vult, solus habet dare)
Exora-**

**Exorabitur: omnium
Per terras populorum
Hæc vox unica erit: Scilicet hic solus in orbe Rex
Hic meruit summè opulens dicier ac beatus;
Omnis quin potius fons opulentiz, ac
Summi summa boni. O quis hæc
Tanta ac talia secum**

**Dextrè pertrutinans ingenuis tollere laudibus
Cælicolarum oderit & terrigenum Parentem
Israelisque modo gratuito Deum?
Nempe is maxima, ut ut lubet,
Præstat miraque solus.**

**Sæclis ó mancant perpetuis plausus, honor,
(Non aliter quippe decet) magnifico Tonanti?
Terræ quaque patet sphæra, renideant
JOVAE encomia. Fiat q
Tandem hoc! obsecro fiat!**

**Eja hoc Davidici sit specimen pectinis ultimum:
Psalmisonæ sancta dehinc fila lyræ quiescant.
Heic, heic pono chelyn, cumque animam chely
Ipsam. Cætera cælite in
Orchestra usque canemus.**

18. Benedictus (sit) Jehova Deus, Deus Israelis, qui facit mirabilia solus.

19. Et benedictum (sit) nomē gloriosum ejus in sæculum: impleaturq; gloria ejus tota terra. Amen. iterum Amen.

20. Finiuntur orationes Davidis, filii Isai.



B 2

CON-

CONTIVITVS PS. XXXV.

Ex iisdem Archetypis plenioribus.

TABVLA PRIMA.

Occasio, Difficultates instaurationis Ecclesie & politie Iudicæ, post reditum e capt. Babyl. de quib. Esdras & Nehemias.

Summa & Argumentum. Precatio est, nomine totius Ecclesie concepta, ut Deus eam, e Babylone suo solius beneficio reductam, etiam porro constabilire velit. Hanc sequitur Professio fiducia Psalms de auxilio ac liberatione certo divinitus Ecclesie obvenitura, eaque tum Typicâ, tum etiam & Consummata in CHRISTO Messia: sub cuius regno solida deum salus, gloria, veritas, justitia, pax, cum necessariâ utilitate bonorum terrenorum adfluentiâ pius restituenda sit.

Titulo, qui communis est XI. Psalmis, 42, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 84, 85, 87, 88.

Precationem pro liberatione Ecclesie, vide A.

Precatione animosâ ulterioris querimonie, v. 1.

Propositio. Audiam q. l. Iehovâ, ib.

Revocatione, sui ipsi ad Iehovâ promissiones, v. 1.

Rationes, ex verbi Iehovâ, v. 1.

Fine seu effecto primario et immediato, que est Pax, in primis conscientie. ib.

Objecto, qui est Populus Iehovâ, Benefici Iehovâ. ibid.

Fine seu effecto orto seu consecuto. quod est, Fuga stulticie, studiû novæ vitæ, ibid.

Professio ipsa, vide B.

Transitio, in

Professione, fiducia de propinquâ liberatione Ecclesie ac salute. Heic

Prodidagmata, nempe Psalmi

Textus ipse constans

perpendenda duo:

TABVLA SECUNDA.

Exordio, captante benevolentiam ex effectis Dei antecedentibus. Reductione Ecclesie e captivitate Bab. que de predicatur, ex

Efficiente principali, Gratiâ & favore Dei, v. 2.

Objecto

- Terrâ Iehovâ. i. Incolæ terra. ib.
- Turba captiva Jacobi. i. posterorum Iacob, ib.

Externâ, Liberatione ab hostibus corporalibus. ibid.

Formâ

- Culpæ, v. 3.
- Internâ, Remissione gratiâ
- Penæ, vocib. Metonymicis
- Iræ, Furoris auctore
- καθως expresse. v. 4.

Propositione Precationis. ubi

- Compellatio Dei delinifica, Deus salutis nostræ, v. 1.
- Postulata duo
- Converte ac restitue nos, ib.
- Depone iram tuam contra nos. ib.

Confirmatio, ex

- Adjunctâ pronitate Dei ad veniam, per Communicationem valde patheticam, que luctam carnis & spiritus ad vivum quasi representat. v. 6, 7.
- Effecto utili Liberationis, Leticia Ecclesie in Iehovâ v. 7.


Epilogo, in Repetitione Propositionis, quâ postulat

- Ostensionem misericordie, divine. v. 8.
- Donationem salutis & liberationis divine, que scilicet ex misericordie ostensione necessario profluit, ib.

TABVLA

TABULA TERTIA.

B. Professio ipsa est de appropinquante Liberatione Ecclesie



PSALMI XXCV.

PARAPHRASIS MELICA.

ATQVE etiam tuæ ante
 MI DEVS constat ditioni ille tuus revelli
 Impotens favor, & rudis
 Indulgentia metæ;
 Præcipuè catervam
 Extulem quando Ifacida restituisi amato
 Illicis patriæ solo.
 Quàm mitem atque benignum
 Tunc populo exhibebas
 Te tuo, ingenti scelerum pondere prægravato;
 Sponte quæ omnia tollere
 Tu gaudens operibas
 Tegmine sempiterno:
 Omnem ut ad spectum fugerent iudicii acrioris!
 * Nam gravis stomachus tibi
 Ultrò irataque bilis
 Exciderat, paternum in
 Nos resumentem ingenium, salvificasque curas.
 Proin Salutifer unice
 Hæc nostra in meliorem
 Nunc quoque verte formam;
 Jure quamque in nos geris ob turpe nefas furorem,
 Ut soles, animo exue
 Gratis. * An stomachari in
 Nos cupias misellos
 Omnibus sacris, veniæ nil memor usitata?
 Litigarene pectore
 Nobiscum furioso

2. Benevolus fueras, o Jehova, terræ tuæ: reduxeras turbam captivam Jacobi
3. Abstuleras iniquitatem populi tui: texeras omne peccatum eorum, maximè.
4. Sustuleras omnem excandescentiam tuam: averteras (te) ab æstu iræ tuæ
5. Converterte nos o Deus salutis nostræ, & irritam fac indignationem tuam contra nos.
6. An in sæculis irascèris cõtra nos? an protrahes iram tuam in omnes generationes?

Proge-

7. An non re-
versus vitæ re-
stitues nos : ut
populus tuus
lætetur in te?

8. Ostende no-
bis Jehova be-
nignitatem tu-
am: salutem tu-
am da nobis.

9. Audiam quid
loquuturus sit
Deus Jehova.
Nam loquitur
pacem ad po-
pulum suum, &
ad beneficos
suos (*passive*)
ut ne revertan-
tur ad stultici-
tatem.

10. Utique pro-
pinqua est ti-
mentibus eum
salsus ejus: ut ha-
bitet gloria in
terrâ nostrâ.

11. Benignitas
& Fides occur-

Progeniem ad nepotum
Ultimam pergas? Quid enim causâ habeas JEHO-
(VA
Quo minus solitâ tibi
Pro clementiâ acerbis
Mortibus interemptos
Invicem vitæ recidiuæ efficias capaces?
Quanta læticiis tuus
Exultans populus tunc
Omnibus excitabit
Jubila, ob partam sibi te dante redemptionem!
Quin tuæ ergo viderier
Das nobis speciosa
Ora benignitatis!
Quin tuæ tutamen opis, præsidiumque nobis
Dexteræ celcras tuæ!
Sed quorsum ista? Fidelem
Dulcisonis supremi
Aurem ego JOVAE potius præbuerim loquellis,
Ille namque suo gregi
Quem dilexit ab ævo.
Nil nisi verba pacis
Auræ cantat; temerè stulticiam ad priorem
Ne relabier ardeant.
Jam, jam (sentio) ab alto
Missa salus propinquat
Agmini, Numen superum legitimè timenti.
Jam polaris ad ðrea
In nostris habitare
Finibus usque amabit.
Jam sibi perpes Bonitas cælicolæ Parentis
Et Fides hominum enthea
Gestu ac pectore amico

Iugiter

Jugiter obviabunt.
Jam Themis Paci ac rosæ Pax Themidi vicissim
Dulcia oscula dividunt.
Quid? quòd messe operum ampla
Nostra Fides agellis
Cordium ex ipsis fruticans sacro operante Flatu
Germinabit; eam simul
Cælo Justitia alto
Despiciens calore
Nutriet vivo. Ipse DEVS, quidquid in orbe nobis
Esse noverit utile,
Procurabit abunde;
Terra suasque cornu
Funditabit divite opes; quæque gradum JEHOVA
Fecerit; pede non pigro
Ora ante illius insons
Justitia ambulabit;
Inque mandata proprio calle vocationis
Mane & occiduo suos
Figet vespere gressus.



C

AD

rent (*inter se*)
Justitia & Pax
osculabuntur se
(*mutuò*)
12. Fides è terrâ
germinabit: &
justitia è cælis
despectabit.

13. Etiam Jeho-
va dabit (*nobis*)
bona, & terra
nostra dabit
proventum su-
um.
14. Justitia ante
eum ambula-
bit, & ponet in
viam gressus
suos.

AD NOVUM
BOHEMIÆ REGEM
DOMINUM CLEMENTISS.

PARODIA ADITIALIS
Ex Horat. l. 3. Odâ XXIII.

REGNUM FRIDERICHI DEO fi-
sum, inque justiciâ fundatum, subditis præsi-
dio ac salutî fore, contra inanes hostium omni-
um tumultûs. Preces enim & diligentiam in vo-
catione a piis omnia adversa protelare solere.

TE si Tuamque hanc credideris Deum
REGI coronam Rex FRIDERICHIDE;
Si justa fundarit potentem
Libra thronum gladiusque vindex:
Non amplius vim sentiet hosticam
BOHEMA tellus; nec MORAVI gravem
Belli impetum; aut clades SILES I ac
LUSATII sibi destinatas.
Nam qua Tuo jam vult apici male
Armata ferro, robore, fraudibus;
Aut obstrepet forsân deinceps
Factio, vis hominum caduca
Mortalium audit. Te nihil attinet

Hor-

Horrescere istorum arma Gigantium,
CHRISTO triumphantem Patrono
Claustra Erebi ipsa, Erebiq; monstra
Cælestis est cui præsidio manus:
Orco atque Mundo fortior hostico
Exibit hos icthûs & illos,
Arte precum ac vigilante dextrâ.

Super nato recens

SACR. REGIÆ MAIEST.
IN REGIA PRAGENSIS

TERTIO FILIOLO
Lætissimum Omen.

FATA quod AUSTRIACO dederunt de sanguine
nulli;
Plauderet ut Regi PRAGA recens-genito:
Hoc Tibi concessum est, FRIDERICHIPOR, & concessum
Quo Tua Regem unxit tempore PRAGA Patrem. [est,
Maçte Pater FRIDERICHE, & Regie maçte Puellæ
Ominis (hac spes est) auspicii que boni!
Primo aditu imperii FERNANDUS MAXMILIANUM
Sustulit, ad ripas Danubii Austriacas.

Post

Post Patrem Hic porro Natos diademate Boio
Imbuit augustâ transitione duos.
Sed Nato FRIDERICHE Tuo quia Metropolis dat
PRAGA, Tui sub sceptri ordia prima, larem:
Vaticinor: PRAGAM post Te Ille thronumque tenebis
Opidaque & populos, cum populisque fidem.
Immo (prius nisi decretoria buccina clanget)
Natorum Nati, quique orientur ab his.

FINIS.



481134.

1620
Acclamations

ad

Serenissimum ac potentissimum
Principem ac Dominum
Dominum

FRIDERICVM
BOHEMIÆ REGEM, CO-
MITEM PALATINUM ADRHENUM,
S. R. IMP. PRINCIPEM ET ELECTOREM,
DUCEM BAVARIÆ, MARCHIONEM
MORAVIÆ, DUCEM SILESIE ET
LUCENBURGI, MARCHIO-
NEM LUSATIÆ, &c.

Cum Inclut. am. Silesie Metropolin.
VRATISLAVIAM

JEHOVA duce & omnibus piis congratu-
lantibus feliciter ingrederetur.

DIVO EJUS NOMINI
exhibitæ

subjectissimo cliente

MARTINO LAUDANO Vratisl.
Lib. art. & Phil. M.

VRATISLAVIÆ,
Typis exscribebat Georgius Bauman.
Anno 1620.

10.